Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31263
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



et ipse abbas adueniens locum
illius loci abbatis quamdiu ibi
manserit teneat · excepto quod
non in hospicio sed in refectorio
cum fratribus propter disciplinam
seruandam comedat · nisi abbas
illi loci defuerit · simiter et om
nes superuenientes nostri or
dinis abbates faciant · Quod si
plures supueneriunt et abbas lo
ci defuerit · prior illorum in hospi
cio comedat · Et hoc excipitur qd
abbas loci illius et in presencia
maioris abbatis nouicios suos
post regularem probationem re
ducet · Abbas quoque noui mo
nasterij caueat ne quicque pre
sumat tractare aut ordinare ·
aut pungere de rebus illius loci
ad quem uenerit · contra abba
tis vel fratrum uoluntatem ·
Si autem precepta regule uel
nostri ordinis intellexerit in eo
dem loco preuaricari · cum consi
lio presentis abbatis caritatiue
studeat fratres corrigere · Si uero
abbas loci non afuerit · uel omnium
quod sinistrum est corrigat ·
Semel in anno uisitet abbas
maioris ecclesie per se uel per
aliquem de coabbibus suis om
nia cenobia que ipse fundauerit
et si fratres amplius uisitauerit ·
inde magis gaudeant · Domum
autem Cisterciensem simul per
seipsos visitent quatuor primi
abbates de firmitate de Pontiniaco · de claraualle et de Morimundo ·
die qua inter se constituerint
preter annuum capitulum in for
te aliquem eorum grauis egritudo
detineat · Cum autem ali
quis ordinis nostri abbas ad
nouum monasterium uenit ·
reuerentia abbi congrua ei
exhibeatur · stallum illius ab
baris teneat · in hospicio come
dat · si tamen abbas defuerit ·
Si uero presens fuerit nichil
horum agat · sed in refectorio come
dat · prior autem negocia dom
disponat · Inter abbatias il
las que se alterutrum non ge
nuerunt · ista erit lex · Omnis
abbas in omnibus locis sui mo
nasterij coabbi suo cedat adue
nienti · vt adimpleatur hono
re inuicem preuenientes · Si